



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Alienatio Canonica Rerum Ecclesiae Temporalium**

**Wiestner, Jacob  
Prielmeyer, Bernhard F.**

**Ingolstadii, 1692**

Approbatio Theologica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61444)

APPROBATIO  
THEOLOGICA.

**E**Nchiridion hoc, cui titulus est, Alienatio Canonica Rerum Ecclesie Temporalium, eatenus eò gratius accidet, quatenus continet Materiam in Praxi sæpe sæpius recurrentem. Cùm ergo nihil vel Orthodoxæ Fidei, vel bonis moribus dissonum: imò omnia communibus principijs Juris Canonici affatim sint consona, nec non aliquot difficultates intellectu minùs perviæ perbene explicentur, magisque ultrà illustrentur: ideo dignissimum judico, ut & typis excudatur, & ad ostendendos Prænobilis & Doctissimi Domini Defendentis huc usque in Jure Canonico præclaros progressus publicè disputetur.

JOANNES GEORGIUS ZÖPPFFEL  
SS. Theologiæ Doctor, Sacræ Scripturæ Professor  
Ordinarius, nec non ad D. Mauritium Parochus,  
Facultatis Theologiæ p. t. Decanus.

APPROBATIO  
JVRIDICA.

**D**isputatio hæc Juridica de Canonica Alienatione Rerum Ecclesie Temporalium à Clarissimo Auctore suo est singulari industria, & magna eruditione solidissimè conscripta, atque ita numeris suis absoluta, ut in decidendis Controversijs, quæ in hac materia Judici Ecclesiastico plurimæ occurrere possunt, solum diligens ejus studium requiratur. Sicut proinde ipsa de bonis Clericorum optimè disponit, & Ecclesiarum Jura juxta SS. Canonum placita accerrimè tuetur: ita dignissima est, ut vicissim à præstantissimo Prænob. ac Generos. Domini Defendentis ingenio, inter Applausus Academicos, ad multorum exemplum gloriosè propugnetur.

CHRISTOPHORVS CHLINGENSPERGER,  
J. U. Doctor, Sereniss. Elect. Bavar. Consil. Instit.  
& Processus Criminal. Professor Ordinarius, p. t.  
Collegij Juridici Decanus.

h

POS.